DE

MUNERIBUS QUIBUSDAM

ET

INFLAMMATIONE HEPATIS.

Tentamen Medicum Inaugurale

VARIA DE HEPATE

PROFERENS;

QUOD

SUB MODERAMINE VIRI ADMODUM REVERENDI

JOANNIS EWING, S. T. P.

UNIVERSITATIS PENNSYLVANIENSIS PRÆFECTI;

NECNON,

EX CURATORUM AUCTORITATE *PERILLUSTRIUM*, ET AMPLISSIMÆ *FACULTATIS MEDICÆ* DECRETO,

PRO GRADU DOCTORIS

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUJICIT

THOMAS DRYSDALE,

De BALTIMORE;

SOCIET. MED. PHILAD. SOCIUS HONORARIUS; SOCIET. MED. AMERICAN. SOC. HON; ET CENSOR ANNUUS.

AD DIEM MAII 19, 1794.

"Let others dictate, who themselves excel,
And censure freely, who have written well."

HALIFAX.

PHILADELPHIÆ:

APUD THOMAS DOBSON.

PRÆCEPTORI SUO ET AMICO

GEORGIO BROWN, M.D.

De BALTIMORE,

HANC-CE DISSERTATIUNCULAM DONAT

AUCTOR.

DE HEPATE:

&c.

"IT is the nature of an *Hypothesis*—ait *Tristram Shandy*—when once a man has conceived it, that it assimilate every thing to itself as proper nourishment; and from the first moment of your begetting it, it grows the stronger by every thing, you see, hear, read, and understand."—

Hæc observatio, omnibus fragilem Medico pelago commissuris ratem, in memoria residere debet, et alta mente reponi. Illum oportet, qui munere sancto morbos arcendi et depellendi fungitur, a cursu recto incaute eliceri nec theoriæ

forma formoſa, nec empyrices voce faſcinante. Immatura, grata,—qualia imaginatio ſola ſuppeditaviſſe potuerit, emendare judicium decet. Tum morbus exile felicitatis filum nihil amplius comminueret, nec ſtridentem mortis januam late oſtenderet. Salutis rorem ſuper alas tolleret Medicina, et cœleſtes quatiret dotes in membra hebeſcentia ægri.

A ſæculis primis, cum Pater omnipotens hominem ex pulvere formavit, dolor cum voluptate, et morbus cum ſalute fuit commiſtus. Manum tamen formantem naturæ non corripiat homo: nunquam enim debet obliviſci—quód—

—"Partial ill is univerſal good."—

Cicindela in tenebris magis lucidé micat.—— Mæſta hyemis forma componitur animatæ veris creationi: et in grata diei noctiſque vice, cimmerea mediæ noctis caligo comparatur exhiliranti phœbo.—

In hominis microcoſmo, ſapientiæ ejuſdem veſtigia contemplanda. Morale floret malum, ad faſcinantem boni moralis figuram, coloribus maximé vivis, depingendam; deformitas vivit, ad formæ formoſioris potentiam demonſtrandam; et ad cœleſtes ſanitatis delicias adaugendas, morbus——

 "——æquo

"——æquo pulſat pede pauperum tabernas,
Regumque turres."———— Hor.—

Hæc contemplatio ad corporis formationem inveſtigandam perduxit. Viſum eſt, porticum quaſi labyrinthi ingrediebar; filum autem inveni per omnes ejus flexus deducens. Mens mea tandem in hepatis muneribus verſata fuit: hujus viſceris maximum momentum admiravi; et cum dolore obſervationem feci, ut hepar, machinæ animalis inſtar totius, infortuniis ruinoſæ proclivitatis obnoxium eſſet.—

De muneribus morbiſque hepatis quibuſdam pauca proferre conabor: ordinem ſequentem præſcribo;—

1.—de bilis formatione:—
2.—de hepate, ut corporis ſuperficiei vicario; cum concluſionibus paucis inde deducendis:—
3.—de hepate, ut corpus morbidum ſuccurrente; cum concluſionibus practicis quibuſdam:—&
4.—de inflammatione hepatis.

SECTIO

SECTIO PRIMA.

De Bilis formatione.

LIMITES tentaminis-hujus-ce investigationem necessarió contrahunt. Priorum sententias auctorum neque ostentare queam, nec, veras a falsis secernendo, demerita sua scrutari. Per regionem illimitam perduceret varietas; et in labyrintho irretirent errores. Memoria ergo delineat, et observationibus meis componat, ea quæ ab auctoribus prolata fuerint.

Aliis secretionibus dissimilis, *bilis* a massa sanguinis *venosi* secernitur. Formationem ejus multúm afficiunt regio et tempestas, locus et morbus. Mutationem peculiarem, quam hæc in massa sanguinea inducant, et modum agendi, quo producatur mutatio, vix contemplari possim. Pauca tantum proferram, quæ opiniones quasdam diu admissas opponent, et basim forsitan condent, in quam aliquis utilem posthac construat structuram.

Bilis secretionem insigniter adaugent plagæ tropicæ, æstas et autumnus, loci palustres eorumque morbi. Mirus caloris effectus in hepatis œconomiam diu notatus fuit; ratio verum in tenebris involuta est.

Physiologis

Phyfiologis perfuafum fuit, *inclinationem* maffæ fanguineæ ad putrefactionem in corpore vivo occurrere potuiffe; et bilem ex particulis putrefcentibus compofitam effe.

Re ut probabili admiffa, hæc neceffarió fequitur conclufio :—iftam fanguinis portionem, quæ in fyftemate diutiús remorata fuerit, magis ad putrefactionem tendere, quám portio ifta, quæ per pulmones modó circulaverit.

In hanc hypothefim conditur theoria, extra controverfiæ aleam non adhuc pofita. Experimenta igitur inftitui, ut merita ejus ftabilirem, aut errores in lucem proferrem. Expectationi meæ non refpondebat eventus *, et doctrinam loco confirmandi, invalidam omnino reddidit. Supervacaneum effet, omne fingulatim recitare experimentum, quippe quia conclufio fimplex eft et eadem.

Arteriofus fanguis et venofus ab animali eodem detractus, ad fermentationem putridam ineundam,

* Bene dixit BACON illuftris——" monemus, ut nemo animo concidat, aut quafi confundatur, fi experimenta quibus incumbat expectationi fuæ non refpondeant. Etenim quod fuccedit magis complaceat; at quod non fuccedit fæpenumero non minus informat." De augm. fcient: lib. 5. cap. 2.

expofitus

expofitus fuit. *Ille* graviffimum emifit fætorem; tempore autem eodem, *hic* nullum ingratum habuit odorem. Sanguine ab auricula cordis finiftra, et a vena portarum in cyathos recepto, maxime fœtidus fiebat arteriofus, immuni adhuc omni fætore venofo.

Idem de bile obfervandum: bilis multó tardiús quám fanguis animalis ejusdem in putrefactionem ruit. Primó fanguis arteriofus, tum venofus, poftremó bilis in gradum putridum tendit.

Non difficile perceptu, aortici fanguinem fyftematis citius ruiturum in putridum fermentationis gradum, quám venofi. Ad promovendam putrefactionem, oportet oxygenis (aut aeris puri) quantitatem effe prefentem. Sanguis veró per pulmones circulans, portionem ab aere abforbet oxygenis, inter-circuitum per totum corpus diffipaturi. Sequitur igitur, iftam fanguinis portionem, quæ plure oxygenis fcatet, in putridam fermentationem citius ruituram: fanguis ergo per fyftema pulmonale modó tranfitus citius (cæteris paribus) putrefcet.

Jam fatis probatum eft, ut fanguis, per *venas portarum* circulans, tendit non magis ad putrefactionem, quám arteriofus: ergo particulæ fanguineæ putrefcentes bilem non conftituunt.

Ita

Ita ex theoria falſa orti fuerunt errores, qui in medicinæ ſcientia locum minimé meritum diu tenuiſſent; ante autem adjurantem veritatis ſpiritum, tenues ſerius ocyus-ve fugituri, ceu fumus, in auras. *

Ut ſanguis, inter circuitum ejus, aliquam mutationem ſubeat, ſatis perſpicuum videtur. Quæ ſit hæc mutatio? et quomodo agat calor imprimis, ad ſanguinem reddendum bilis formationi magis accommodatum?

*   *   *   *   *

Huc uſque proceſſeram, cum hæmorrhagia pulmonum vehementiſſima ſeriem experimentorum abrupit, et auctorem feré e medio ſuſtulerat. Morbo mitigante, mihi vix ſatis temporis fuit ſequentes ſcribendi paginas. Etenim inveſtigatio experimentalis tardé progredit: copia magna quærenda eſt, et procuranda: multa rejicienda, ut futilia; pauca retinenda, ut utilia.

Multa experimenta inſtitueram, ad ſanguinis principia et bilis detegenda: plurima tamen adhuc inſtituenda.

* "Ne fentéz vous, que ce qui eſt juſte, clair, evident, eſt naturellement reſpecté de tout la monde; et que des chemeres ne pouvent pas toujours s'attirer la même veneration." Voltaire.

instituenda. Si tam fausté eveniat, ut sanitate denuo stabilita fruar, investigationem redintegrabo. Mihimet olim persuasum fuit, ut aliquid novi, aliquid utilis hæcce dissertatiuncula protulisset: aliter autem decreverant fata. Bené cecinit poeta, cujus nomen jam in oblivione immerita immersum est——

ΥΓΙΕΙΑ πρεσβίστα Μακάρων,
Μετα σου ναίοιμι
Το λειπόμενον βιοτᾶς·
Συ δέ μοι πρόφρων σύνοικος ειης.
Ει γάρ τις ἢ πλουτου χαρις ἢ τεκέων
Τᾶς ευδαιμονος τ' ἀνθρώποις
βασιληίδος αρχᾶς, ἢ πόθων,
Ους κρυφιοίς Αφροδιτης ακρυσιν θηρεύομεν;
Ἢ ει τις αλλα θεοθεν ἀνθρώποις τέρψις,
Ἢ πόνων αμπνοα πέφανται·
Μετασέιο μακαρια Ὑγίεια,
Τέθηλε πάντα, και λάμπει χαρίτων εαρ·
Σέθεν δε χωρὶς, ουδεὶς ευδαίμων πελει.

SECTIO

SECTIO SECUNDA.

De Hepate ut corporis ſuperficiei vicario; cum concluſionibus paucis inde deducendis.

PAUCA de corporis ſuperficie præfanda. In æternum fugit dies ille, quum *Hyppocratis* ſententia—totum exhalare corpus—admirationem auditorum incredulam excitaverit. Nihil amplius poſtulantur experimenta *Boerhaavii*, *Sanctorii*, *Haller et Winſlow*, ad rem ſtabiliendam—fluidum e ſano corpore aſſiduè exhalare. Vera perſpirationis natura non adhuc detegitur; ſed aliquid noxium e corpore deferre, rationi conſentaneum videtur. Fœtor quorundam inſignis, a perſpiratione pendens, indicat principium in lucem non adhuc prolatum.

Vaſa exhalantia impedimento functionis ſibi propriæ valde obnoxia ſunt. Hoc occurrente, fluidi quantitas permagna, quæ ex corpore eliminata fuiſſe debet, retenta eſt et accumulata. Aberratio talis à legibus ſyſtematis animalis conducit ad deviationem quandam a curſu naturæ ſalutari. Sed ab indefeſſo Inſtitutionum &c. profeſſore* docetur,

* *Ruſh.*

cetur, perſpirationis ſuppreſſionem in morbi cauſa non futuram, niſi vero præceſſiſſet debilitas. Etenim "the ſyſtem, when the ſolids are exactly "toned, will always relieve itſelf of a ſudden ac- "cumulation of fluids by means of ſome natural "emunctory. Hence the copious diſcharges from "the bowels and kidneys, which follow ſuppreſſed "perſpiration." Alterum* audi; "If the or- "gans of ſecretion, did not mutually aſſiſt and "labor for each other, a ſtoppage of perſpiration "could ſcarcely ever fail of producing a fever or "ſome other diſeaſe: but happily things are ſo "ordered, that for the moſt part amends are made "for the deficiency of diſcharge from the ſkin, by "the increaſe of urine or evacuation by ſweat."

Bilis aucta ſecretio obſervatur in autumno præcipuè, cum aer aut cauſæ aliæ ſuas vires iniquas in corpus exercuerint et perſpirationem impediverint. Quidam, imbre madefacti aut aere humido, nihil incommodi recipiunt, niſi diarrhœam lenem: hepatis interceſſione prævertitur febris. Perſpiratio impedita, militibus in campos dormientibus, bilioſas in dyſenteriam ſæpe deſinentes dejectiones inducit †. Subita tempeſtatis mutatio æſ-

tate

* Macbride. † Donald Monro.

tate media, ſuperficiei conſtrictionem faciens, choleram ſæpe procreat *.

In intermittentibus, qui ſuos moleſtos protrahunt curſus, in menſes et annos etiam, arida plerumque obſervatur cutis et bilis ſecreta inſolitò copioſa. In his morbis ſanitas communis nonnunquam parum læſa videretur: ſignum graviſſimum diarrhœa eſt. Medicamenta, quæ agunt in vaſa extrema, et diaphoreſin reddunt, morbum compeſcunt, leniunt, dimovent; et mediationi hepatis amicæ inducias præbent.

Ab his obſervationibus oriuntur concluſiones multæ: paucæ ſequuntur.

Diarrhœam bilioſam ſæpe inducit perſpirationis ſuppreſſio. Ad ſuperficiem determinando, vaſorum extremorum circulationem ciendo, exhalationem cuticularem promovendo, amovetur morbus. Hinc induſii uſus lanuli comitatur effectu maximè felici. Secretionem bilis nimiam diaphoretica arcent †.

 In

* Chalmers; Pringle, &c. † Chalmers; Huxam; Mead.

† In diarrhœa infantum, quam multum proſit aer frigidulus?

In intermittente diu protracta, cutis conditio attentionem vindicat. Etenim vasis extremis constrictione immunibus, multa prævertuntur molesta; et sæpissime morbus omnino fugit.

SECTIO TERTIA.

De hepate ut corpus morbidum ſuccurrente; cum concluſionibus practicis quibuſdam.

HOC verum ab infortuniis hominum deducitur. Morbi autumnales varii, quibus corpus obnoxium eſt, occaſionem præbent hanc ſectionem illuſtrandi.

In regionibus hiſce, cauſæ *dyſenteriam* inducentes, bilis ſecretionem in primo impetu fere ſemper adaugent: unde hepar dira iſta ſuffocat ſigna, quæ, ſecretione bilioſa diminuta aut ceſſante, ægrum excrutiant. In morbi curſu, cœleſte ab anxietate et dolore obtinetur lenimen, evacuatione denuò reddita. Copioſæ bilioſæ morbum ad finem ducunt excretiones, cum virium reditu et ſalutis mox deſituræ.

Tertianæ quædam cum diarrhœa potiùs quàm ſudore terminant; et moderata bilis evacuatio in his morbis felici ſemper comitatur effectu *.

Puer,

* Cleghorn.

Puer, annos octo natus, cum tertiana molesta diu angebatur. Biliosa sponte occurrente diarrhœa, omnino fugit intermittens: diarrhœa autem desinente, rediit tertiana. Modum medendi indicavit natura; ideo dosi calomelanos miti in dies adhibita, diarrhœam reduxi et paroxysmorum reditum præverti.

In febre *remittente*, iidem effectus optati bilis evacuationem sequuntur. Cum eventu felici semper occurrit diarrhœa lenis *. Evacuatio nulla naturalis, nisi cholera morbus, subitò remittentem solvit †.

In *febre flava* Occidentali, quæ *Samiel* lethalis instar, ruinam diu latèque disseminavit, multum boni derivatur ab hepatis munere ritè peracto. In anni tempestate ista, in cœlo isto, quæ nimiam formant bilem, morbus imprimis grassatur. Impetum præcedit alvi adstrictio pertinax, et signorum gravat vehementiam. Copiosæ autem bilis evacuationes, si faustè eveniant, ad prosperum sæpe perducunt eventum, morbi violentiam leniendo, et cursus celeritatem arcendo. Multi auctores ‡ celeberrimi hæc vera protulerunt. Melancholia et mæror in paginam patriæ meæ historicam eadem nuper insculpserunt.

Hæ

* Donald Monro.

† Pringle.

‡ Moseley; Lining; Blane, &c.

Hæ res-factæ jam collatæ ſatis demonſtrant hepatis facultatem morborum multorum violentiam leniendi. Suæ igitur operationes promovendæ, ad ſanitatem ab injuria protegendam, et ad auxilium ferendum, quum per halitum noxium dilabitur in lentam ruinam.

In dyſenteria ſæpe deſinit diarrhœa, quæ illi ſæpenumero excipit. Evacuationem ex hepate eliciendo (aliis conſiliis rite perpenſis) aut morbi formatio prohibetur, aut ſigna ejus formatæ leniuntur, et demum ad felicem ducitur morbus eventum.

In remittentibus febribus et intermittentibus, laxantium utilitas medicamentorum permagna eſt et ſatis experta. Signa exaſperat bilis accumulatio; ſymptomata compeſcit evacuatio; morbum non raro depellit.

In febrem flavam ingreſſurus, tellurem conſecratam quaſi incidere videor. Cum tenebris nebuliſque diu involuta fuit; quæ, ante lucem ſubluſtrem ex horizonte modò orientem, tandem fugiunt in auras. Radiis ejus vaccillantibus, meam profero ſententiam: cum diffidentia proponitur, quippe quæ opiniones quorundam oppugnat; cum fiducia profertur, quippe quæ aliorum ſententiis convenit; Aſt——

2 "Who

"Who ſhall decide, when doctors diſagree?"

Contemplatis regionibus orbis terrarum quas infeſtat febris flava; tempeſtatibus anni, in quibus præcipuè prevalet; conſtitutionibus corporis, quas imprimis aggreditur; et ſignis, quibus ſtipari ſolet—maximum ſperandum commodum a purgantium adhibitione.

Similitudo febrem flavam inter et remittentem eòdem tendit. Signorum autem *illius* vehementia major eſt, et hepatis ignavia adaugetur. Profectò in papaveris cubitum vigilias hoſtis poſuiſſe videretur, priuſquàm impetum faceret. Laxantium copioſiorem febris flava poſtulat adhibitionem. Impetus enim violens; curſus rapidus. Ad metam iſtam celeriter tendit, quæ exiſtentiam preſentem inter et futuram ponitur.

Hic morbus originem eandem habere videtur ac febris remittens—Eventus idem optatus bilis evacuationem ſequitur—In febre tamen flava cathartica plus proſunt, quàm in febre remittente. Inter medicos hæc praxis admitti incipit, iſta, ceu umbræ fugaces, evaneſcente theoria, quæ tam diu a ratione extorſit morbi illius notitiam et modum medendi.

Nunc

Nunc demonſtrata fuerunt hepatis munera quædam; profectò nimis breviter—ſed in tentamine brevi, qua decet, forma. Obſervandum tamen, ut ſpiritus conſervantis inſtar, ab impetu morbi ſæpe protegit hepar; ſemper morbum arcere et depellere nequeat. Extra ripas ſuas aliquando diffluat rivulus maximè lentus.

SECTIO QUARTA.

De Inflammatione Hepatis.

PAUCA de inflammationis theoria profero. In temperamenta varia divifa fuit conftitutio humana ab antiquiffimis etiam temporibus. Singulis fuæ conftant dotes, corpus morbis peculiaribus opportunum reddendi. *Temperamentum-Sanguineum* inflammationi præfertim proclive: hoc " præ " aliis, fanguinis nimiæ abundantiæ et vehementi " motui, febribus, *morbifque inflammationem ha-* " *bentibus*, imprimis obnoxium eft *."

Ætate † ifta cum corpus crefcere defınat, æquilibrio fyftemata arteriofa inter et venofa jam occurfuro, plure juftò tamen fanguinis in arteriis adhuc congefto, corpus inflammationi imprimis proclive. " Juvenes quòque, partim ob hanc nimiam " fanguinis abundantiam, partim ob auctum uni- " verfi corporis vigorem, graviffimis febribus, et " *inflammationibus* obnoxii funt ‡."

Frigidarum

* Gregory in Confpect. Med.

† A folito curfu nonnunquam aberrat natura:—Infantem novi paucos menfes natum pleuritide graviffima correptum.

‡ Gregory.

Frigidarum regionum incolæ, corpora habentes firmiora, validiora et robuſtiora quàm calidarum regionum incolæ obſervantur, "febribus vehe- "mentiſſimis, et *inflammationibus* obnoxii ſunt *." Cum morbis inflammatoriis præſertim comitantur hyems et ver †.

Cauſis, inflammationem procreantibus, oblatis, morbus incidit. In extremis partis morbidæ arteriis, ſedem ſuam habet inflammatio; unde tam cito oriuntur tenſio, dolor, actio inordinata, febris, dies paucos ingraveſcentes, in ſalute aut in morte deſituri.

Jam ſatis prolatum, quòd ad temperamentum, ætatem, regiones orbis terrarum, tempeſtates anni, inflammationibus imprimis obnoxias; et quòd ad ſedem primariam morbi.

Inflammatione hepatica contemplata, aberratio manifeſta a curſu communi eſſe videretur. Sanguinii loco, temperamentum *melancholicum* huic morbo præſertim proclive. Homines temperamenti hujuſce "præ aliis—obſtructionibus viſce- "rum abdominis obnoxii ‡."

Quòd

* Gregory. † Sydenham.

‡ *Gregory.*—*Girdleſtone* monet, homines temperamenti *ſanguinei* inflammationi hepaticæ magis proclives eſſe in India Orientali; obſervatio tamen noſtra in hiſce plagis maxime differt. *De morb. hepat. Ind. Oriental.*

Quòd ad *ætatem* morbis hepaticis præfertim opportunam quòque differt. Ætate media et provectiore *, æquilibrio fyftemata arteriofa inter et venofa jam fubverfo, arteriis denfioribus factis, quò fit ut plus juftò fanguinis in venis congeratur, inflammatione ut corripiatur hepar proclive eft. " Sic in *abdomine*, et in capite, provecta ætate, plurimus fanguis fæpè congeritur, unde hæmorrhois et *vifcerum obftructiones* †."

In regionibus *calidis*——

" —— fub curru nimium propinqui folis—"

morbi hepatis inflammatorii imprimis obfervantur. Jamjam notatum fuit, in fectione prima, calorem mirum in modum hepatem afficere, et inflammatioonis ejus caufam præcipuam *remotam* effe videtur: unde in æftate et in autumno ‡ inflammationes jecinoris ferè femper graffantur.

Inflammationum hepaticarum impetus et curfus demonftrant infignem a theoria communi aberrationem. Jecinoris inflammatio non raró ingreditur ita

* Dr. *Shovet* de Philadelphia, annos octoginta natus et octo, de hepatitide mortuus eft.

† *Gregory.*

‡ Res aliquando fefe alioquin habet. Jecinoris inflammatio in vere nonnunquam occurrit, ut in homine nuper vidi.

ita ſenſim, ut ingreſſum ejus non ſuſpicaverit æger ipſe; et profectò poſt mortem in hepate inventæ fuerunt vomicæ immenſæ, etſi nullus morbus hepaticus, homine vivo, preſens fuiſſe videretur.

Ab aliis inflammationibus, quàm valde differt inflammatio jecinoris! differt non tantum quod ad corporis temperamentum et ætatem impetui ejus obnoxiam, verùm etiam quòd ad regiones et tempeſtates ingreſſui ejus imprimis opportunas. Pari ratione differt quòd ad vaſa ſanguinea, morbi ipſius ſedem: alia arterias occupat, altera venas.

Hepar ferè omninò eſt compago venoſa. Syſtema *Venæ Portarum* maximè ignave eſt; idcirco langueſcit ſanguinis circuitus et congeſtionibus ſemper eſt proclivis.

Multis jam prolatis, quæ theoriam inflammationis communem inter et hepaticæ aliquam ſtabiliunt diſtinctionem, nunc rem ordine dicere progredior.

Jecinoris inflammatio idiopathica eſt et ſympathica: *hæc* febres intermittentes comitare ſolet; quum graviſſima ſit, curationem vindicat fere eandem ac morbus idiopathicus. Febribus modò nominatis plus ſolitò ingraveſcentibus, non raró graſſatur epi-

demicus jecinoris affectus cum ictero ſtipatus; qualis in autumno anni 1792 obſervatus fuerit.

Inflammatio jecinoris idiopathica eſt *acuta* et *chronica*. Morbus *acutus* ſequentem ſymptomatum præbet hiſtoriam.

Iu hypochondrio dextro oritur dolor obtuſus, cum ſenſu ardente inſigni comitatus; dolor et ardor ad lobulum hepatis ſiniſtrum ſæpe extendunt. Ad claviculam et ſummum humeri dextri, non raro ſiniſtri, ſcandet dolor. In latus ſiniſtrum decubitus ægrum plerumque angitur. Poſitio ſupina plus requietis præbet. Horror, et poſtea calor, anxietate magna et aliis pyrexiæ ſignis ſtipata, dolorem et morbum intendunt. Pulſus fere pleni, duri, validi evadunt: Sitis gravis morbum comitat, et morbo ingraveſcente adauget. Ægrum invadunt vomitus, ſæpe ſingultus. Reſpiratio difficilis eſt, et dolor, imprimis inſpirationem inter, intenditur. Tuſſis ſicca ægrotum vexat; nonnunquam dyſpnæa. Faciei color palleſcit. Per curſum morbi alvus adſtricta; idiopathica inflammatione raro cum diarrhœa comitata *.

Hæc

* *Dr. Mathews* inter ſigna nonnunquam enumerat ſternutationem regione epigaſtrica preſſa orientem: hoc ſymptoma nunquam vidi.—*Girdleſtone* notat gingivas duras.

Hæc præcipua ſunt ſigna inflammationis hepaticæ; ea, quæ morbum magis aſſiduè comitant, ita colliguntur a Dre. Cullen.——

"Pyrexia, hypochondrii dextri tenſio, et
"dolor ſæpe pungens, pleuretici inſtar, ſæ-
"piùs obtuſus; dolor ad claviculam, et ſum-
"mum humeri dextri *; decubitus in ſiniſ-
"trum latus difficilis; dyſpnæa; tuſſis ſic-
"ca; vomitus; ſingultus †."

Sæpe incipit morbus cum dolore abdominis vehementiſſimo, colici inſtar; quocum nonnunquam alternat ‡.

Torpor § brachii dextri morbum interdum ſtipatur: in India Orientali præſertim obſervatur.

Jamjam notatæ fuerunt temperamentum, ætas, &c. inflammationi jecinoris imprimis obnoxiæ. Mares multo ſæpiùs quàm feminas vexat morbus; quippe quia hæ minùs cauſis excitantibus exponantur.

Morbus

† *Synop. Method.* ‡ Wiſtar.
§ Hoffman, Ruſh, &c.

* Inflammatio hepatica acuta—"begins its attack as often "with a flux and teneſmus, as with a fixed pain of the "ſhoulder." *Girdl-ſtone.*

Morbus ſerius ocyus-ve terminationem habet—ſive reſolutionem, ſuppurationem, ſchirrum, ſive gangrænam. Morbi violentia, et medendi modus, terminationis tempus variant.

Finem felicem ſtipantur diarrhœa bilioſa; ſecundùm *Hyppocratem*, hæmorrhagia naris dextri; fluxus aliquando a vaſis hœmorrhoidalibus aut uterinis; diaphoreſis copioſa. Eruptio eryſepelatoſa * totum corpus, interdum regionem hepaticam tantùm † infeſtans, criſin felicem comitavit.

Plures morbos inflammatorios viſcerum thoracicorum et abdominalium refert inflammatio hepatis: maxima autem ſimilitudo eſt pleuritidem inter et jecinoris inflammationem. *Diagnoſin* ſequentem profero.

In pleuritide dolor intenditur, in latus affectum cubando; in hepatica inflammatione res ſeſe habet contrarias. In pleuritide, diaphragmatis actione et muſculorum abdominalium ferè fungitur reſpiratio; in morbo altero, muſculorum actione intercoſ-

* *Van Swieten.*

† Eruptio ſimilis ab uſu hydrargyri nonnunquam profluit, medicina omiſſa, diſceſſura. *Girdleſtone.*

intercoſtalium, quippe quia diaphragma, in viſcus affectum premens, dolorem adauget. In pleuritide, tuſſis plerumque humida, aliquando cum ſanguine commiſta; in hepatis morbo, plerumque ſicca. In illo, facies et oculi rubeſcunt; in hoc, facies pallet aut flaveſcit. Pleuritidem raro ſtipatur vomitus aut ſingultus; inflammationem jecinoris non raro *. In hoc, dolor ad claviculam et ſummum humeri ferè ſemper tendit; in illo tamen rarius obſervatur †. Signa autem maximè pathognomonica ſunt—moles hepatis adaucta reperitur, aut dolor ſentitur, ſi in latus dextrum prematur; nec ſternuere queat æger, ſine difficultate maxima.

Quum morbus occurrat, *cauſæ* ſunt quærendæ: hæ ſunt, quæ hepatem morbo proclivem reddunt, et quæ inflammationem excitant.

Cauſæ *prædiſponentes* variæ ſunt; præcipuæ ſequuntur. Cauſa remota maximè inſignis calor eſt ſive regionis ſive tempeſtatis anni; epularum lautiorum, et liquorum generoſiorum indulgentia nimia; evacuationes ſolitæ, ſive a vaſis hæmorrhoida-

 libus

* Regione epigaſtrica preſſa, oritur ad vomendum proclivitas. *Matthews* et *Clark*.

† Niſi mediaſtinum cum inflammatione afficiatur. *Van-Swieten*.

libus ſive a ſanguinis perdendi conſuetudine, extinctæ; excretiones et ſecretiones imminutæ; uſus potus ſpirituoſi plus juſtò immoderatus; priores hepaticæ inflammationes; morbus hujus viſceris chronicus*; calculi et tubercula ſchirroſa in jecinore; vitæ genus ſedentarium et otioſum; ſtatus animi hypochondriacus; hæ omnes morbo viam ſternunt.

Syſtema totum hepaticum debilitant, determinationem ſanguinis præternaturalem ad hoc viſcus inducendo, accumulationem inferendo, et venas portarum ſenſim relaxando.

In cauſis remotis inflammationis hepaticæ enumerandis, præcipuas tantùm vel frequentiores attingere poſſum. In memoria debet quòque teneri, imprimis difficile eſſe, veros limites definire cauſas prædiſponentes inter et excitantes; quippe quæ modò prædiſponens, modò excitans ſit; et nonnunquam cauſa eadem quæ primò prædiſponens fuiſſet, demum occaſionalis evadat.

Cauſæ præcipuæ *occaſionales* ſunt——Frigus corpori externo admotum; ſpaſmum aut debilitatem

* Inflammatio *chronica*, hebdomadas, menſes, annos etiam gravans, in *acutum* ſubitò mutatur ab uſu liquorum ſpirituoſorum nimio.

Girdleſtone de morb. hepat, Ind. Orient.

tatem ſuperficiei corporis inferendo, determinationem ſanguinis copoſiorem facit ad venarum portarum ſyſtema. Efficiendo, ut vaſa, jamjam debilitata, plus juſtò ſanguinis recipiant, in aliqua hepatis parte accidit accumulatio, obſtructio. Vaſorum diſtentio ſtimulat, febrem demum excitura, ſanguine cor verſus vi præternaturali acto.

Frigus internè receptum effectum eundem edit, ob conſortium, quod ſtomachum inter et cutem obtinet, et ob jecinoris ipſius poſitionem.

Corporis niſus vehementes et ſubiti * morbum non raro excitaverint: contuſiones dextro hypochondrio illatæ, et *læſiones cerebri* † morbum excitaviſſe dicuntur.

Cauſas inter occaſionales recenſeri ſolebant animi affectus: ii, qui excitantes nominantur, impetum ſanguinis ciendo, morbum procreare poſſint.

 Depri-

* Homo, inflammatione hepatis chronica afflictus, niſum violentem et ſubitam faciens, cum morbo acuto correptus fuit. *Vide notam pag.* 26.

† Quomodo agunt cerebri injuriæ? Eſt-ne, diminuendo cerebri energiam ita neceſſariam, ut excitatio ſyſtematis circulantis juſta ſervetur; unde ſanguis langueſcat, et accumulatio in regione *venarum portarum* ignavi accidat?

Deprimentes autem, ſi diu egiſſent, cauſas inter prædiſponentes potius enumerari debent.

Multum de *cauſa proxima* hallucinati ſunt medici; et adhuc ſub judice lis eſt. " Non autem—ſumus ii quibus nihil verum eſſe videatur, " ſed ii qui omnibus veris falſa quædam adjuncta eſſe dicamus, tanta ſimilitudine, ut in iis " nulla inſit certa judicandi et aſſentiandi nota *."

Determinationem ſanguinis auctam ad hepatem efficiunt cauſæ occaſionales: hoc viſcus tam ignave eſt et ſenſu parum præditum, ut congeſtio magna oriri poſſit ſine anxietate pari. Subito autem impetu in hepatem facto, accumulatio occurrit, obſtructio ſequitur, et vaſis diſtenſis, irritatio febrilem excitat actionem, et dolorem magis minus-ve acutum.

Cauſa definitur proxima—" quæ præſens morbum facit, mutata mutat, ſublata tollit †." Præternaturalis igitur ſanguinis in hepate congeſtio, irritationem morbidam faciens, cauſa proxima jecinoris inflammationis eſſe videtur ‡.

Morbo

* *Cicero.* † *Gaubius.*

‡ Si ſententia mea a *Culleno* et aliis perilluſtriſſimis erraverit, cum diffidentia tamen profertur. Verba ſummi *Bacon* audite

Morbo jam formato, cavendum eſt, ne æger ſemitam illam ingrediatur, quæ omnibus ſemel calcanda eſt. *Conſilia* igitur *medendi* quærenda ; ea, quæ mihi utilia videntur, ſunt—

A—*Ad ſigna, quæ graviſſima urgent, lenienda:*—
B—*Ad congeſtionem hepaticam diſpellendam, et irritationem morbidam tollendam.*

Ut ſigna, quæ graviſſimè urgent, leniantur, variis remediis uti neceſſe eſt.—*a Venæſectio:* morbo ineunte, febre jam gravante, et acuto ægrum vexante dolore, ſanguinem detrahi oportet. Actionem vaſorum compeſcit, determinationem venis portarum elicit, congeſtionem et diſtenſionem diminuit. Si non deſinat dolor acutus ; ſi non ceſſant pulſus pleni et duri, iterum celebranda venæſectio ; et opus eſt iterandi uſquedum ſigna ſopire cæpiſſent. Sanguinis quantitas detrahendi variat, ſecundum morbi vehementiam, ægri ætatem et vires, mores quibus antea aſſueverat. Plus tamen commodi a venæſectione pendet, " ſi ex vena majore, " celeri

audite—" Attamen quemadmodum poſſit quis in via ſua " triplici modo progredi : aut cum palpat ipſe in tenebris ; " aut cum alterius manu ducatur, ipſe parum videns ; aut " denique cum veſtigia adhibito lumine regat."

"celeri fluxu exeat ſanguis *." Cæterum, cum larga et ſubita ſanguinis detractione opus ſit, ægri ſupina præſtat poſitio, ad deliquium animi præcavendum, quod, ſi erectus ſederet, ſequeretur †.

ε—Poſt venæſectionem, ſi dolor tamen intendere progrederetur, *epiſpaſtica* multùm proſunt, venæſectione ſæpe incaſſum celebrata, et morbo vehementiſſimo gravante. Super hypochondrium dextrum applicentur.

Modum agendi epiſpaſticorum in morbis inflammatoriis, tenebræ adhuc circumvolant. Etſi ſit valde obſcura theoria, effectus tamen felices, quos edunt, ſatis perſpicui ſunt, et remedia iterare ſemper perducent ‡.

γ—Si vomitus § ægrum vexet, unde maxime intendatur dolor, ad *hauſtum effervefcentem* fugiendum eſt.

δ—Si

* *Van Swieten.* † *Ibid.*

‡ "Quin et omnes boni medici ad ea remedia ſemper "confugient, (ſive modus quo proſint intellectus fuerit nec-"ne) quæ certa experientia prodeſſe comprobaverit."

Gregory.

§ Hoc ſignum urgere dicitur, quum ad ventriculum extendat inflammatio.

δ—Si singultus *, signum nonnunquam lethale morbum comitet, adhibenda sunt anodyna aut per orem aut per enemata.

ε—Si dolor maxime vehemens sit, et requietem et somnum depellens, necesse est, anodyna in dosi qua decet, præscribi.

Quæ ad *consilium secundum* multùm conferre videntur—sunt—

1. *Cathartica*;
2. *Diaphoretica*.

Sectione tertia contemplata, multum a *catharticis* sperandum; sed in jecinoris inflammatione non semper adhiberi possunt; quippe quæ, si acriora sint, irritationem exasperant, et determinationem ad partes internas adaugent. Cathartica autem mitiora multùm possunt: congestionem diminuunt, secretionem bilis eliciendo, et fæcum irritationem opponunt, alvum solutam tenendo. Cavendum est tamen, ne nimis agant; bonos aliûs remedii †, post

* Occurrere dicitur, cum diaphragma inflammatione afficiatur.

† *Hydrargyrus*.

poſthac notandi, effectus oppugnarent, e corpore nimis celeriter vehendo.

Laxantia, quæ præſtant, ſunt, tinctura aloetica vinoſa cum tinctura Huxami conjuncta, et doſibus parvis ſumenda; aut pillulæ aloeticæ. Enemata emollientia aliquando utilia ſunt.

2. *Diaphoretica* *: Hæc fere omnia excitationem ſyſtematis adaugent, et idcirco non adhiberi bent. Ea tantum, quæ effectus ſuos edunt imprimis in vaſa extrema, utilia erunt: quales ſunt *hydrargyri* præparationes quædam. Diu notum fuerat, hydrargyrum omnibus medicamentis in morbis hepatis inflammatoriis præſtare †. Si cito, et ut deceat, præſcribatur, ad mortem rarò tendit morbus, et ſigna ſolitò graviſſima compeſcuntur: Prævertuntur ſuppuratio, et diri, qui ſequuntur, effectus. Grana ſingula *hydrargyri* ‡ *muriati mitis* pro doſi, ſexta aut octava quaque hora præſcripta, donec ad ptyaliſmum tenditur, morbum perducit ad finem citam et jucundam. Sin autem per inteſtina evadere tendat medicamentum, opus eſt

* *Vide Sectionem ſecundam.* † *Hamilton*;——*Clarke*; in Med. Comment.————*Girdleſtone*; de morb. hepat. &c.

‡ Olim calomelas aut mercurius dulcis.

eſt, ut pars minima opii doſi quæque (pro re nata) adjungatur.

Plurimum proſit frictio mercurialis; præſertim, ſi inteſtina ita ſenſibilia ſint, ut uſus hydrargyri internus non ſatis perſequi poſſit. Effectus iidem boni ſequuntur, ſive per orem, ſive per cutem remedium receptum eſſet; et cum internè ſumptum, catharticum fieri proclive eſt, frictio, me judice, præſtat *. Uunguenti mercurialis frictio in femora eventus feliciſſimos edit. Applicatio hæc ſola externa morbum ſæpe dimovet †. Hiſ-ce rite peractis, cito moveatur diaphoreſis generalis copioſa, et nonnunquam imprimis hepaticam ‡ circum regionem.

In ſilentio non ſunt prætereunda commoda maxima ab hoc medicamento pendentia in aliis morbis inflammatoriis. In morbo iſto diro, pleuritide appellato, ad mortem tam cito, tam ſæpe viam ſternente, hydrargyrus fere omne diſcrimen dimovet. Ex analogia, periculum ejus facere fuit perſuaſum

F præceptori

* Hydrargyrus per oremr eceptus gingivas cito afficit; priuſquam ctiam ſyſtema totum medicina ſatis repletum eſt. Hic modus hydrargyrum adminiſtrandi eoſdem bonos effectus in hepatem non ſemper edit, ac frictio per cutem.

Girdleſtone.

* *Girdleſtone.* † *Ibid.*

præceptori meo eruditissimo, Georgio Brown, M. D. de Baltimore. "Nec erravit: nam experimentis clare demonstravit pleuritidem sine "periculo, usu hydrargyri, fere semper curari "posse*" Hydrargyrus muriatus mitis exhibibitur, "per primum et secundum diem persæpiusque ad finem tertii vel quarti, donec diaphoresis "moveatur †."

"Venæsectio celebretur, et postea empl. episp. "applicatur, tum hydrargyrus detur. Hoc modo "fere sudationem absque calore aut ictibus arteriarum auctis promovet. Proculdubio omnium "medicamentorum hoc in malo felicissimum est *."

Quomodo in his morbis agit hydrargyrus? Medicamentum stimulans appellatur, et adhibitionem ejus inflammationibus theoria idcirco recusat. Satis autem superque perspicuum est, ut diaphoreticum agere hydrargyrum, potius quam ut stimulantem; et effectus ejus magis durabiles esse quàm ulliûs diaphoretici.

In vasa extrema imprimis agit, ut affectus ejus in glandularum inflammationibus, et in cutem clare

* *Cumming Tentamen Inaugurale de pleuritide.* † *Ibid.*
† *Cumming.*

re demonſtrant; nec vaſa magna excitantur pari ratione. In inflammationibus verùm in vaſis extremis circulatio langueſcit, ſive ſpaſmo ſive debitate affectis. Hæc in cauſa partim ſunt, cur ad partes internas repelluntur fluida, congeſtiones formantia, et formatas exaſperantia: hydrargyrus, actionem vaſorum extremorum ciendo, ad ſuperficiem ſanguinis determinationem reddendo, congeſtionem diſpellit, et irritationem inde pendentem tollit.

In inflammatione hepatica curanda, plurima leviora, magni autem momenti, attentionem medici vindicare oportet. Regimen antiphlogiſticum ſedulò obſervandum eſt* ; ſub finem morbi vires ſuſtentandæ; diarrhœa, ſi res ita ſeſe habeat, lenienda, compeſcenda, ſenſim dimovenda; ſin autem alvus adſtricta ſit, laxantia præſcribenda: &c.

Morbo abeunte, dolor hepatis nonraro revertit †. Alvum modicè ſolutam tenere ſufficiat; et uſu hydrargyri moderato externo et interno, ſigna vexantia fugiunt et demum omnino evaneſcunt.

 De

* Acidum vitriolicum morbi vehementiam interdum adauget. Acida omnia evitanda, dum hydrargyrus exhibeatur. *Girdleſtone*,

† Inflammatio acuta in chronica ſæpe deſinit; ideoque medendi modum poſtulat poſthac notandum.

De Inflammatione Chronica, pauca nunc proferenda.

Jam obſervatum eſt, hepatem viſcus eſſe tam ignave, et ſenſu parum præditum, ut in vaſis ſuis ſæpe congeritur ſine dolore aut anxietate comitante. Ideo inflammationis hepaticæ cauſis *remotis* diu et tardè agentibus, vires, quos edunt, ab ægro non deteguntur, donec tam latè progreſſus eſt morbus, ut curatio vix ſperanda. Vomicas invenit ſcalpella anatomica, etſi ante mortem, nullus morbus præſens fuiſſe videretur.

Morbus præſens ſuſpicatur, quum ſenſum plenitudinis et gravitatis æger habeat in latere dextro, et nonnunquam in regione epigaſtrica. Quum in has partes premendo, durities jecinoris ſentitur et dolor excitatur—quum decubitus in latus dextrum difficilis—quum faciei et labiorum palleſcens comitat color, morbus ſuſpicandus eſt.

Remedia præcipua ſunt hydrargyri præparationes olim memoratæ; aut externè admoveri poſſunt—aut internè exhiberi—aut ſimul conjungi. Satis adhibetur hydrargyri, cum ad ptyaliſmum proclivitas obſervetur: aliquando autem iterare remedium fas eſt.

Fines

Fines varios inflammationis—ſuppurationem—ſchirrhum—gangrænam—non perſequi poſſum; ultra limites præſcriptos jamjam erravi. Multa ego omiſi, qualia in auctore omni invenienda ſunt.

Jam metam optatam curſu contingere videor; multa tamen adhuc ferenda; multa adhuc facienda: Ille enim, qui in Medicinæ ſcientia verſatur, videt ſemperque videbit———

" Hills peep o'er hills and Alps on Alps ariſe."

In hac diſſertatiuncula ſi quid ſit attentione merens, in memoriis tuis, viri celeberrimi! *Horatii* verba reſidere licet;———

————————" non ego———
" Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
" Aut humana parum cavit natura."